An. et vol. XXXV 15 Maii 1943 (Ser. II, v. X) – Num. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM

Acta Pii Pp. XII: Epistulae, p. 129 – Allocutio, p. 134.

Acta SS. Congregationum: *S. S. C. S. Officii*: Declaratio, p. 144 – *S. C. Consistorialis*: Provisio Ecclesiarum, p. 145 – *S. C. pro Ecclesia Orientali*: Decretum, p. 146 – *S. C. Concilii*: Resolutio, p. 148 – *S. C. de Propaganda Fide*: Decretum, p. 150 – *S. C. Rituum*: I, II. Decreta in causis beatificationis Servorum Dei, p. 151.

Acta Tribunalium: *S. Paenitentiaria Apostolica*: Decretum, p. 158 – *S. R. Rota*: Citatio edictalis, p. 159.

Diarium Romanae Curiae: Funzione solenne – **Segreteria di Stato:** Nomine, p. 160.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XLIII

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano
Administratio:
Libreria Vaticana — Città del Vaticano

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 50 — extra Italiam, *L. it.* 70 —
Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 4,50 extra Italiam, *L. it.* 5 —

« *Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXV, n. 5 - 15 Maii 1943)

ACTA PII PP. XII

EPISTULAE

PAG.

I. *Cum quintum.* - Ad Exc̃os PP. DD. Marium Toccabelli, Archiepiscopum Senensem, Carolum Confalonieri, Archiepiscopum Aquilanum, Faustinum Baldini, Episcopum Massae Veternensis et Populoniae: quinto exeunte saeculo ab obitu Sancti Bernardini Senensis. - *25 Martii 1943* 129

II. *Peculiari animi.* - Ad Em̃um P. D. Franciscum S. R. E. Card. Marchetti Selvaggiani Episcopum Tusculanum eumdemque Urbis Vicarium, Sacrosanctae Archibasilicae Lateranensis Archipresbyterum et Sacrae Congregationis Sancti Officii Secretarium, quina lustra Episcopatus feliciter explentem. - *6 Aprilis 1943* . . . 132

ALLOCUTIO

Ad puellas ab Actione Catholica ex Italiae Dioecesibus Romae coadunatas, anno vicesimoquinto exeunte ab inito earumdem apostolatu. - *24 Aprilis 1943* 134

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

Declaratio. De prohibitione librorum. - *17 Aprilis 1943* 144

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

Provisio Ecclesiarum 145

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

Ordo benedicendi et imponendi quinque Scapularia sub unica formula secundum ritum byzantinum approbatur. - *7 Aprilis 1943* 146

SACRA CONGREGATIO CONCILII

PAG.

Resolutio. Reservationum Apostolicarum. - *20 Decembris 1942* 148

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

Nigeriae Occidentalis (Asaba-Beninen.). - Decretum. De nominis mutatione. - *12 Ianuarii 1943* 150

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I *Marianopolitana seu Albanen. in America.* - Decretum de virtutibus pro beatificatione Ven. Servae Dei Catharinae Tekakwitha, virginis indae. *3 Ianuarii 1943* 151

II. *Romana.* - Decretum introductionis causae beatificationis Servi Dei Pii Papae X. - *12 Februarii 1943* . . 155

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Prorogatur indultum Altaris privilegiati Sacerdotibus, Eucharisticum Sacrificium celebrantibus, concessum. - *8 Maii 1943* 158

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis: Aleppen. Maronitarum. - Nullitatis matrimonii (Aboussouan-Batarsé). - *3 Maii 1943* 159

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Funzione solenne 160

II. Segreteria di Stato: *Nomine* . . . 160

An. et vol. XXXV 15 Maii 1943 (Ser. II, v. X) – Num. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

EPISTULAE

I

AD EXCMOS PP. DD. MARIUM TOCCABELLI, ARCHIEPISCOPUM SENENSEM, CAROLUM CONFALONIERI, ARCHIEPISCOPUM AQUILANUM, FAUSTINUM BALDINI, EPISCOPUM MASSAE VETERNENSIS ET POPULONIAE: QUINTO EXEUNTE SAECULO AB OBITU SANCTI BERNARDINI SENENSIS.

PIUS PP. XII

Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Cum quintum proxime expleatur saeculum, ex quo Bernardinus Senensis, praeclarum Franciscalis Familiae decus, post tot in Dei gloriam animarumque salutem exantlatos labores, « laeto vultu quasi ridens, gloriosum emisit spiritum », [1] non modo qui ex inclito eius Ordine sunt, sed Massae etiam Veternensis, unde ortum duxisse traditur, Senaeque cives, quae veluti altera ei patria fuit, una cum Aquilana civitate, quae sacras eius exuvias religiose adservat studioseque colit, privatis publicisque christianae pietatis significationibus hoc eventum celebrare apparant. Quod quidem, ut confidimus, non sine ubere spirituali fructu evadet. Si enim huius caelitis vita, si eius virtus eiusque ardens apostolatus studium, sacris habitis per has celebrationes ad populum concionibus, opportunisque editis scriptis, ante omnium oculos refulgeant, fore sperandum omnino est, ut qui in hoc supernae lucis iubar intueantur, iidem, arcana ea vi permoti, quae e sanctitudine manat, ad salu-

[1] *Acta Sanctorum*, tom. V, Antuerpiae 1685, p. 300, col. 1, litt. A.

taria eius imitanda exempla vehementer excitentur. Etenim « magna vis est in virtutibus; easque excitare, si forte dormiunt », [2] tum videtur facilius, cum nos recollegendo meditandoque, in eos mentem animumque convertimus, qui fulgidis earum luminibus renideant. Horum in numero Noster profecto est, qui inde a puerili aetate angelicam potiusquam terrenam vitam agere visus est; atque abdicatis rebus omnibus, quibus ex parentum hereditate abunde affluebat, se totum divino servitio mancipavit. Franciscalem paupertatem animique demissionem ultro libenterque amplexus, sensuum cupidines compescere, coërcere ac frangere, corpus voluntaria castigatione domare, mentem ad caelestia perpetuo erigere, voluntatemque ad evangelicae perfectionis facinora, nullis parcendo laboribus, convertere in deliciis habuit.

Atque ita superna gratia roboratus et auctus, divinique verbi praeco delectus, per Italiae urbes, oppida, pagos alacer concursare coepit, cum aberrantes omnes ad rectam semitam et ad catholicam reducens veritatem, tum ingurgitatos in vitiorum volutabrum homines ad paenitentiam sanctam morumque integritatem revocans, tum denique civitates non paucas, discordia simultateque tumultuantes, ad serenam pacem et ad fraternam concordiam, studiosissima data opera, componens. Quibus in apostolatus laboribus suscipiendis exsequendisque, non ad res politicas agitandas, quae facillime dividunt animos, sed ad catholicam religionem, ad evangelicam veritatem, ad divinamque excitandam caritatem unice spectabat. Doctrinae, praeceptis hortationibusque Ecclesiae summa consensione adhaerescere, velle nolle nihil, nihil aggredi, nisi Dei Numine explorato, nihil aliud denique agendo quaerere, nisi eius gloriae incrementa, sollemnis haec fuit eius vitae norma ac ratio. Quapropter haud mirum est si tot uberes fructus apostolicus hic agricola messuit; mirum non est si populorum multitudines, e longinquis etiam regionibus affluentes, eum vel in sacris aedibus, vel saepenumero sub diu concionantem stipabant, intentisque oculis, auribus, animis edisserentem hortantemque audiebant. Cum praesertim sacratissimi Iesu Christi nominis laudes praedicabat, in quo oportet omnes homines salvos fieri, [3] angelicus eius vultus superna quadam luce radiari videbatur, atque ad Divinum Amantem impense redamandum, ad eiusque praeceptis suos cuiusque mores conformandos alliciebat rapiebatque omnes. Redeat igitur, Venerabiles Fratres, redeat quodammodo inter suos hic sanctissimus veritatis caritatisque praeco; eos iterum suavissima

[2] Cf. Cic. *Tusc.*, III, c. 17.
[3] Cf. *Acta Apost.*, IV, 12.

sua voce admoneat, praeclarisque exemplis salutariter commoveat. Ad exilem eius speciem, voluntaria maceratione, paenitentia laboribusque quasi consumptam, fide tamen caritateque vividam ac veluti micantem, si mentes hodie quoque converterint homines, facere profecto non poterunt quin ex terrenis caducisque rebus ad caelestia peritura numquam erigantur bona, ad eaque, utpote potiora imprimisque persequenda, vehementer excitentur. Quemadmodum olim, quinto ac decimo vertente saeculo, hic evangelicae sanctitatis athleta homines suadenti voce sua ab erroribus ad veritatem, ex admissis ad paenitentiam, ex vitiisque ad virtutem revocabat, ita proxima sollemnia vestra, eius praeceptis eiusque egregie factis opportune in sua luce collocatis, eosdem referat salutares fructus. Id non modo ad religiosae, sed ad civilis etiam rei profectum et incrementum summopere conferet. Nihil enim magis valet ad veri nominis instaurandam augendamque prosperitatem et ad pacem tranquillitatemque recto ordine redintegrandam, quam catholica religio, quae reapse norma sit ac ratio cogitandi agendique omnibus. Si christiani spiritus afflatus privatos permeaverit publicosque mores, tum aequiorem licebit rectioremque ordinationem rerum componere, ac feliciora sperare tempora, quibus tandem aliquando, pacatis animis positisque armis, omnes fraterno foedere iungantur homines, ac per terrestre exsilium — veritate, iustitia ducibus, caritateque altrice — fidentes ad caelestem patriam una simul contendant. Harum interea laetissimarum rerum auspex Nostraeque benevolentiae pignus, Apostolica sit Benedictio, quam vobis, Venerabiles Fratres, gregi unicuique vestrum concredito, ac Franciscalis Ordinis sodalibus singulis universis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXV mensis Martii anno MDCCCCXXXXIII, Pontificatus Nostri quinto.

PIUS PP. XII

II

AD EM̃UM P. D. FRANCISCUM S. R. E. CARD. MARCHETTI SELVAGGIANI EPISCOPUM TUSCULANUM EUMDEMQUE URBIS VICARIUM, SACROSANCTAE ARCHIBASILICAE LATERANENSIS ARCHIPRESBYTERUM ET SACRAE CONGREGATIONIS SANCTI OFFICII SECRETARIUM, QUINA LUSTRA EPISCOPATUS FELICITER EXPLENTEM.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Peculiari animi iucunditate semper quidem perfundimur, quotiescumque secunda praebetur Nobis occasio benevolentiae Nostrae sensus declarandi erga carissimos adiutores, qui, et dignitate conspicui et praestantes auctoritate, Sedi huic Apostolicae Nobisque Ipsis studium operamque navant. Perquam gratum igitur Nobis contingit animum tibi aperire, Venerabilis Frater Noster, qui in Nostra Urbe moderanda vicaria fungeris potestate, quandoquidem quintum ac vicesimum ab inito episcopatu annum es feliciter peracturus. In comperto sane exstant tot tantaque egregie gesta, quibus diutino hoc temporis spatio de religione et Ecclesia es promeritus. In ipso quidem aetatis flore Delegationis Apostolicae Auditor in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus fuisti; postea, ad Congregationem pro negotiis ecclesiasticis extraordinariis, tamquam adiutor a studiis, brevi tempore adscitus, Auditoris officio apud Apostolicam in Bavaria Nuntiaturam perfunctus es atque perdifficili superioris belli Europaei tempore Sedis ipsius Apostolicae persona in Helvetia gerenda commissa tibi fuit. Postquam vero dignitate archiepiscopali auctus es, perhonorifica Apostolici Nuntii munia, primum in Venetiola, deinde in Austria, obiisti; tum autem, Romam arcessitus, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide munus a Secretis suscepisti. In hoc vero amplo sacri apostolatus campo, Cardinalis Praefecti van Rossum sagax impigerque adiutor, industriam tuam multifariam protulisti. In primis quidem opus a Propagatione Fidei, tunc temporis in Urbem ex Gallia translatum, peropportune amplificatum est inque novam formam redactum, congrua indigenae cleri atque episcopatus institutio vehementer promota, patentes Collegii Urbani aedes in monte Ianiculo excitatae, magni apparatus expediti Missionariae illius Expositionis, cuius exitus omnium expectationem superavit, Museumque Missionale Ethnologicum in Lateranensibus aedibus apte constitutum. Tot itaque merita agnoscens, fel. rec. decessor Noster Pius XI

temet ipsum in supremum Ecclesiae Senatum cooptavit, tibique novum opus, in locum Leoniani operis suffectum, « praeservandae Fidei novisque Romae templis exstruendis » commisit et paulo post Vicarium in spiritualibus Generalem pro Urbe eiusque Districtu benigne renuntiavit. De pastorali autem sollicitudine, qua ipse votis inceptisque eiusdem Pontificis ac Nostris obsecundasti, inter ceteras laudes apostolica Urbis visitatio diligentissime acta, cleri urbani incrementa, per ecclesiasticarum vocationum opus praecipue comparata, recens Romani clericorum Seminarii Maioris sedis amplificatio, animarum cura in agro Romano efficaciter peraucta, tot paroecialia templa, quae in novis praesertim Urbis regionibus condita sunt, alte aperteque loquuntur. Neque silentio praetereunda censemus consilia et studia, quibus et Tusculanae dioecesi suburbicariae et Nostrae Sancti Officii Congregationi adsidue incumbis. Quapropter tibi, Venerabilis Frater Noster, de quinque episcopatus lustris, quae propediem fauste implebis, ex animo gratulamur ac Deum impensa prece exoramus, ut valetudinem tuam confirmet gravissimumque munus in bonum profectumque Romani Nostri cleri ac populi tibi concreditum tueatur, foveat fructibusque ditet saluberrimis. Quo interea sacri proximi eventus celebratio Christi fidelibus salutarior evadat, tibi libenter potestatem tribuimus, ut, die constituta, post Sacrum peractum nomine Nostro Nostraque auctoritate adstantibus benedicas, plenariam iisdem indulgentiam proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Caelestium autem donorum conciliatrix et praenuntia praecipuaeque Nostrae dilectionis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater Noster, tuis omnibus adiutoribus laborumque sociis perdilecto Nostro clero populoque Romano nec non Tusculanae suburbicariae dioecesi amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die VI mensis Aprilis, anno MDCCCCXXXXIII, Pontificatus Nostri quinto.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIO

AD PUELLAS AB ACTIONE CATHOLICA EX ITALIAE DIOECESIBUS ROMAE COADUNATAS, ANNO VICESIMOQUINTO EXEUNTE AB INITO EARUMDEM APOSTOLATU. *

Letizia e doni del venticinquennio

La letizia, che brilla nei vostri occhi e risuona nelle vostre voci, dilette figlie, com'è una balda effusione degli animi vostri, così Ci sembra insieme quasi una irradiazione di questo giorno che il Signore ha fatto, un'eco dell'*Alleluia*, che oggi canta la Chiesa: *Haec est dies, quam fecit Dominus; exsultemus et laetemur in ea.* [1] Voi esultate e gioite; e questa allegrezza avete voluto esprimere alla maniera delle anime grandi e generose: non vi sarebbe parsa piena e perfetta, se non foste venute a porgerCi anche i vostri doni con totalità di cuore sincero e gioioso; sicchè ognuna di voi può ripetere: *In simplicitate cordis mei, laeta obtuli universa.* [2] Noi ve ne siamo vivamente riconoscenti; nè ignoriamo che queste offerte, frutto delle vostre privazioni, dei vostri tenaci sforzi, delle vostre sante industrie, simboleggiano tanto meglio il dono che fate di voi stesse a Dio con la vostra dedizione al Vicario di Cristo e al servizio della Chiesa.

Cotesta esultante adunanza davanti a Noi è anche il vostro proprio *Alleluia*, che avete cantato nell'inno vibrante del vostro venticinquennio, mentre vi aggiungete l'affettuosa gioia di celebrare al tempo stesso il venticinquesimo anniversario della vostra Presidente centrale, alla cui infaticabile e multiforme attività, benedetta da Dio e dai Romani Pontefici, si deve principalmente il fiorente svolgersi e crescere della vostra Associazione. A lei e a quante hanno con lei cooperato — alcune fin dall'inizio — in questa opera di bene, vada oggi l'elogio riconoscente del Padre comune. Venute sotto la loro guida, voi bramate ora, al termine dei primi cinque lustri della vostra grande famiglia e all'entrare nei cinque seguenti, di ricevere il Nostro paterno incoraggiamento e la Nostra Benedizione.

Gravità e doveri dell'ora

La data dei giubilei è determinata dall'inesorabile corso degli anni; anni e tempi che variano secondo la successione degli eventi e delle condizioni interne dei popoli e delle nazioni. Così la dolce ricorrenza giu-

* Habita die 24 mensis Aprilis a. 1943.

[1] Ps. 117, 24.

[2] Cfr. *1 Par.* 29, 17.

bilare della vostra Associazione, la quale sorge e si dilata in mezzo al popolo, ne partecipa la vita, ne divide le gioie e i dolori, il fermento e la tranquillità, il passato e l'avvenire, sarebbe potuta cadere in tempo quieto e pacifico, senza dover essere un appello e un eccitamento a eccezionali imprese. Invece essa ha incontrato un'ora di grandi risoluzioni e di vasti doveri, risoluzioni e doveri che toccano anche voi, dilette figlie, voi che di questa medesima ora conoscete e sentite la gravità e l'imponente richiesta di cooperazione da parte di tutti. In tali circostanze, come il vostro filiale desiderio, così anche il Nostro personale impulso Ci spinge a dirvi una parola, che sia per voi guida e conforto, ammonimento e sostegno.

Il Nostro primo pensiero corre naturalmente alla guerra e al dopoguerra, due fasi che domandano in sommo grado la vostra pronta sollecitudine e generosità, le vostre facoltà, il vostro lavoro, il vostro amore, la vostra abnegazione. Già il vostro programma per l'anno sociale 1943-1944 non ha forse largamente assegnato il campo dell'opera vostra e di quel concorso al bene comune, che richiederanno a voi le vicende della guerra e del tempo che la seguirà? L'animo Nostro vuole senza dubbio aprirsi alla speranza e invoca dal Cielo che ritorni presto la giusta pace nel mondo e cessi il conflitto cruento e distruttore. Ma per questo campo di lavoro una riflessione si affaccia più viva alla Nostra mente.

La verginità cristiana prégio e sostegno per l'opera dell'apostolato e per il trionfo della civiltà

Nelle vicende della storia fu raro che la Chiesa dovesse con premura pari a quella di oggi cercare fra i suoi figli e le sue figlie la falange di coloro che, liberamente rinunziando alle nozze terrene per amore di Cristo, consacrassero tutte le proprie forze agli uffici di cura delle anime, di educazione cristiana, di carità e di missione all'estero. Questo è l'alto fine della Chiesa, inteso nella sua fondazione da Cristo Figlio di Dio e di una Vergine Madre, e che in mezzo al popolo cristiano, di fronte al sogno di Roma pagana intorno al tempio di Vesta, suscitò la brama e l'ardore del martirio e della santità verginale, quando negli anfiteatri e nei circhi le vergini cristiane, impavide ai tormenti, arrossenti agli sguardi, celavano a se stesse quella venustà che fioriva nella loro persona per velarla col sangue. Voi non ignorate il sacrificio che le famiglie fanno dei loro figli e delle loro figlie nei Seminari, nei Monasteri e nelle Congregazioni religiose, dove il cuore si dilata per abbracciare il mondo cristiano e pagano. e apparirvi come padri e madri

in verginità di corpo e di spirito, unicamente intenti al bene e alla salute delle anime redente col sangue di Cristo. Di qui potete comprendere e considerare come oggi fra tanti pericoli e rovine spirituali il celibato ecclesiastico e la verginità religiosa si rivestano di alto pregio e urgente sostegno all'opera e al fine della Chiesa, sia per importanza mistica, come libera rinunzia in unione al sacrificio del Salvatore, quando tutti debbono sottomettersi a privazioni indicibilmente gravi, sia per ministero apostolico e concorso sociale nel preparare opportune e perenni forze e aiuti per l'*opus grande*,[3] ch'è la diffusione della fede nel mondo, e per il trionfo della civiltà cristiana, che il Signore coi segni dei tempi affida alla Chiesa. *Qui potest capere capiat*: Chi può capire, capisca:[4] vorremmo gridare ai giovani e alle giovani cattoliche, prendendo le parole di Cristo in senso di invito e di incoraggiamento.

Trasformazione della vita femminile nel popolo

Dalla considerazione della gravità dell'ora, in cui si compie il vostro giubileo, conviene estendere il pensiero oltre la guerra a un fenomeno di procedimento sociale, favorito e accelerato dalle circostanze belliche, ma già da tempo iniziato, e che in ogni modo domanda la vigile attenzione e l'intervento della Chiesa con le sue forze spirituali: processo di grande importanza religiosa e morale, qual è il tramutamento o rovesciamento della vita femminile nel popolo.

L'antica figura della donna

Il carattere della vita e l'avviamento della cultura della donna erano, secondo l'antichissima tradizione, ispirati dal suo naturale istinto che per proprio regno delle sue opere le assegnava la famiglia, quando per amore di Cristo non avesse preferito la verginità. Ritirata dalla vita pubblica e fuori delle pubbliche professioni, la giovane, come fiore crescente, custodito e riserbato, era destinata per sua vocazione a sposa e a madre. Al fianco della mamma apprendeva i lavori femminili, la cura e le faccende della casa e partecipava alla sorveglianza dei fratelli e delle sorelle minori, svolgendo così le sue forze, il suo ingegno, e istruendosi nell'arte e nel governo del focolare domestico. Il Manzoni ci presenta nella figura di Lucia la più alta e viva espressione letteraria di questa concezione. Le forme semplici e naturali, in cui la vita del popolo si svolgeva, l'intima e pratica educazione religiosa, che fin nel secolo decimonono inoltrato tutto animava, l'uso di contrarre ben

[3] *2 Esdr.* 6, 3.
[4] MATT. 19, 12.

presto il matrimonio, ancora possibile in quelle condizioni sociali ed economiche, la preminenza, che la famiglia aveva nel movimento del popolo, tutto ciò ed altre circostanze ancora, che nel frattempo si sono radicalmente mutate, costituivano il primo alimento e sostegno per quel carattere e quel modo di cultura della donna.

Il carattere moderno della cultura femminile

Oggi al contrario l'antica figura femminile è in rapida trasformazione. Voi vedete la donna, e soprattutto la giovane, uscire dal suo ritiro ed entrare in quasi tutte le professioni, dianzi campo di vita e di azione esclusivo dell'uomo. Inizi prima timidi, poi sempre più forti di questo rivolgimento, si erano venuti manifestando da tempo abbastanza lungo, causati principalmente dallo sviluppo dell'industria nel progresso moderno. Ma da alcuni anni, quale fiumana che, travolti gli argini, vince ogni resistenza, la schiera femminile pare che sia penetrata in tutto il terreno della vita del popolo. Che se una tale corrente non si è ancora ugualmente diffusa dappertutto, non è difficile incontrarne il corso anche nel più remoto villaggio montano; mentre nel labirinto delle grandi città, come nelle officine e nelle industrie, l'antico costume e indirizzo ha dovuto incondizionatamente cedere la via al movimento moderno.

Considerazioni intorno alla nuova condizione sociale della donna

Dinanzi a questa nuova condizione sociale della donna che doveva fare la Chiesa? Poteva negare o ignorare il fatto e non curarlo? In altra occasione, considerandone il lato morale, ne additammo le conseguenze derivanti per la virtù delle singole persone. Dicemmo cioè che un tale nuovo intreccio di vita non è un male in se stesso, ma ordinariamente non va scevro di pericoli. Questi pericoli non possiamo escludere nè attenuare neppur quando, come facciamo oggi, intendiamo di esaminare la moderna situazione della donna in ciò che si riferisce al bene comune e al costume avvenire del proprio Paese e degli altri popoli.

L'odierna struttura della società, che ha per fondamento la quasi assoluta parità fra la donna e l'uomo, si appoggia sopra un fallace presupposto. È vero che l'uomo e la donna sono, in quel che riguarda la personalità, di uguale dignità e onore, pregio e stima. Ma non si pareggiano in tutto. Determinate doti, inclinazioni e disposizioni naturali sono proprie soltanto dell'uomo o della donna, ovvero si trovano loro attribuite in grado e valore diversi, le une più all'uomo, le altre più alla donna, a quel modo che ad essi la natura ha dato anche distinti

campi e uffici di attività. Non si tratta qui di capacità o disposizioni naturali secondarie, come sarebbero propensioni o attitudini alle lettere, alle arti o alle scienze; bensì di doti di efficacia essenziale nella vita della famiglia e del popolo. Ora chi non sa che la natura, anche se cacciata con la violenza, tuttavia sempre ritornerà, *tamen usque recurret?* Rimane quindi da vedere e da attendere se essa non imporrà, quando che sia, una correzione della odierna struttura sociale.

Si potrebbe forse dire che un tale difetto costituisce, sì, un pericolo, ma a lungo andare; un pericolo che non minaccia la società nè si affaccia immediato, soprattutto nei casi singoli, e sul quale, se specialmente si ponderino le difficili condizioni del tempo presente, conviene per ora dare solo uno sguardo e passare. Ciò che mette l'animo in pensiero è però la considerazione delle circostanze in cui questo rovesciamento o trasformazione dell'indole e della vita della donna avviene. Da un lato, l'umanità si trova da alcuni decenni nei paesi più civili in un alto grado di cultura e operosità materiale, forse senza esempio nella storia. Se infatti anche in altri tempi fiorirono giorni luminosi di fulgida grandezza materiale, come fu, ai primi secoli dell'era cristiana, l'apogeo della grandezza dell'Impero romano, chi però non vede come quei secoli difficilmente vengono al paragone con l'oggidì? Dalle scoperte degli ultimi duecento anni, dal progresso scientifico, civile ed economico si è originata, in tempi normali — non intendiamo naturalmente di parlare del presente eccezionale stato di guerra — una condizione di vita media, uno stato di comune agiatezza, quali nelle età anteriori non si sarebbero potuti concepire o sognare. Simultaneamente, d'altro lato — non per intrinseca necessità, ma ad ogni modo in seguito a concomitanza storica — si è manifestato un affievolimento del senso religioso, della forza della fede, dell'accoglienza del soprannaturale e del pensiero per l'anima. Una volta incontratesi, queste due tendenze si sono rafforzate l'una con l'altra. Certamente non presso tutti. Una larga e generosa schiera di anime ecco sorgere e rispondere alla sovracultura materiale con una ancor più profonda convinzione religiosa. Ma molti sembrano così accecati dall'abbagliante splendore del sapere e del benessere materialistico, che la loro interna veduta intellettiva per ciò che è sovrasensibile e soprannaturale vien meno e si dilegua sempre più. Il vuoto e l'abisso spirituale, che in loro si apre, si studiano di riempirlo con le quotidiane rappresentazioni e manifestazioni della cultura terrena, con una filosofia di sogni, con tutto ciò che il mondo, pur nella dura vita odierna, offre tuttora di distrazioni, di lusso, di piaceri e di godimenti.

Un triplice pericolo:

Di qui voi scorgete il triplice pericolo che distingue il nostro tempo:

a) *per la donna*

1. Innanzi tutto un pericolo concernente la donna. Indichiamolo subito nella sua forma estrema. Voi conoscete la sorte delle fanciulle, che, specialmente nelle grandi città, appena raggiunta l'età dell'adolescenza, lasciano la famiglia per cercarsi un posto. Il miraggio è allucinante: indipendenza da ogni soggezione, possibilità di sfoggiare lusso, libertà senza ritegno, facilità di stringere amicizie, di frequentare cinematografi, di darsi agli *sports*, di partire il sabato in liete comitive, facendo ritorno il lunedì e sfuggendo sempre all'occhio dei propri familiari. L'alta retribuzione, che esse di frequente godono, è spesso il prezzo della perdita della loro innocenza e purezza. Le forze della natura, che erano in loro riservate per fondare più tardi una famiglia, dove vanno a finire? Vengono dissipate nei piaceri e nella colpa. Naturalmente, accanto a questo corteo di giovani sconsigliate e infelici, vi è una serie di altre, che vengono sempre meno afferrate da così gran male, fino a quelle, che in mezzo a tutti i pericoli si sanno mantenere pure e forti. Sarebbe tuttavia un'illusione il credere che quella classe estrema si aduni soltanto in lontane regioni e città del mondo. Sventuratamente voi la trovate anche in mezzo al nostro buon popolo, e ne vedete il fatale cammino.

b) *per il matrimonio*

2. Da ciò nasce un altro pericolo per il matrimonio. Giovani donne, come quelle testè descritte, ordinariamente non vengono scelte per il matrimonio, ancor meno per il matrimonio secondo la legge di Cristo. Spesso anzi esse stesse lo respingono come una catena. E quante altre sono contaminate dal medesimo male, sia pure in grado minore! D'altra parte, anche l'uomo, che nel vigore della sua giovane età ha condotto una vita dissoluta, come potrebbe poi costituire nella fedeltà coniugale un santo e *casto connubio*? [5] Voi conoscete l'ideale delle nozze cristiane, che Noi stessi cerchiamo d'insegnare agli sposi novelli, i quali vengono a Noi. Come potrebbe questo ideale splendere e prosperare, se il suo presupposto, l'impronta cristiana della vita e della cultura, tendesse sempre più a scomparire?

[5] Encicl. di S. S. Pio XI, 31 dicembre 1930.

c) *per il popolo*

3. Infine il terzo pericolo riguarda il popolo, il quale ha sempre attinto la sua forza, il suo incremento, il suo onore dalla sana e virtuosa famiglia. Se questa è scalzata nei suoi fondamenti religiosi e morali, si apre la via ai peggiori danni per le istituzioni sociali e per la stessa patria.

Sul programma per il secondo venticinquennio della Gioventù Femminile di Azione Cattolica Italiana. Conservazione e difesa della famiglia cristiana.

Voi attendete ora, dilette figlie, la parola del Vicario di Cristo per il secondo venticinquennio della Gioventù Femminile di Azione Cattolica Italiana. Dopo quanto abbiamo detto, essa non potrebbe sonare altrimenti, se non come impulso alla conservazione, preservazione, difesa della famiglia cristiana. La vostra azione può ben comprendere tutta una varietà di altri scopi, e sforzarsi di raggiungerli. Ma la prima cura deve presentemente essere rivolta alla famiglia, come indicate voi stesse nel vostro programma. È una consegna urgente e al tempo stesso ricca di speranze. Il popolo italiano possiede ancora potenti forze religiose e in alto grado il volere e il sentimento cattolico. Sorrette e guidate da questo pensiero, deve essere per voi un vanto e un vivo conforto il cooperare a conservare e a rafforzare nella vostra patria il saldo e austero vigore della famiglia.

Educazione cristiana della gioventù

Ma come e da che incominciare? Voi lo avete già fissato nelle vostre intenzioni per i prossimi venticinque anni. L'inizio ha da prendersi dalla educazione cristiana della gioventù, che è il frutto e la radice della famiglia. Possiamo noi tardare, nell'incerta attesa che le sane forze della natura e lo sviluppo sociale abbiano trovato un equilibrio ideale fra l'antica forma di vita femminile e l'odierno estremo contrasto? Occorre invece adoperarsi per assicurare nel miglior modo possibile alla grandezza della famiglia cristiana, e ai suoi elementi essenziali e sempre indispensabili secondo l'antica tradizione cattolica, la loro forza anche nelle nuove condizioni di vita. A ciò ottenere è forse bastevole d'insegnare e spiegare agli sposi in occasione delle loro nozze il senso e la dignità del matrimonio cristiano e i doveri dei coniugi cattolici? Per importanti ed efficaci che siano un tale ministero e un tale insegnamento, solo allora arrecheranno un vantaggio profondo e durevole,

quando i giovani verranno tempestivamente informati ed educati alla fede viva, alla purezza morale, alla padronanza di sè.

Formazione della gioventù:

a) *alla fede viva*

1. Educazione dapprima alla fede, e fede viva. Noi intendiamo questa parola in un duplice senso. In primo luogo nel senso di una fede cosciente e sentita. Ma l'esercizio della fede e la sua prontezza può variare, come negli uomini, così anche nei tempi e secondo le diverse condizioni della società. All'età dei vostri avi ciascuno veniva come portato e trascinato dal largo torrente della vita religiosa, a dimostrarsi e agire apertamente da cattolico. Oggi, se non in ogni paese e regione — massime in questa Italia dalle profonde e nobilissime tradizioni cattoliche — in molte parti l'influsso pubblico della fede è scemato. Conviene pertanto che la gioventù sia non ignara, bensì penetrata della sua fede, e così senta fortemente nella coscienza la dignità di essere e di vivere cattolica e possa dire nell'età matura: *Scio cui credidi:* « So in chi ho posto fede ». [6]

Ma inoltre la fede, principalmente nei giovani, ha da essere viva, viva per la speranza, viva per la carità con cui opera. Questo è il secondo senso in cui Noi prendiamo la parola « fede ». Chi si propone di condurre una vita interamente cattolica, deve essere in stato di grazia, dedito alla preghiera e in intima unione con Cristo. Non è forse il soffio dello Spirito Santo, che risuscita e rianima oggidì sensibilmente nella cristianità lo zelo della preghiera e chiama ed eccita i fedeli alle fonti eucaristiche della grazia, le quali purificano e dominano il fermento delle passioni nascenti e alimentano le radici di tutte le virtù? Sia la vostra parola educatrice un invito e uno sprone, di modo che fin dalla fanciullezza l'adolescente gusti la pratica dell'orazione come una delizia del cuore, sgorgante da un grave dovere quotidiano.

b) *alla purezza morale — Dignità della donna*

2. Dalla fede, se è fede viva, deve procedere la purezza morale. Intorno al mistero della nuova vita e delle sue fonti naturali si educhi la gioventù a pensare sempre santamente, ricordando che è opera del Creatore e meditando che Cristo, come ha elevato il matrimonio alla dignità di sacramento, così con la sua dimora nel seno della Vergine ha santificato la maternità e le ha conferito una nobiltà così alta. Donde voi potete arguire quale debba essere il forte, operoso e costante con-

[6] *2 Tim.* 1, 12.

tegno della giovane cattolica contro pubblicazioni e rappresentazioni, nel cui svolgimento altro non appare se non audace sensualità, intreccio di violazioni della fedeltà coniugale, equivoco linguaggio, quando non anche aperta procacità di scene. Per opporsi a siffatte manifestazioni, che, almeno in molti casi, sono al tempo stesso una trasgressione di provvide leggi dello Stato, vi è sempre un'arma potente: astensione assoluta! Se a questo scopo il vostro lavoro e il vostro apostolato presso la gioventù, il vostro zelo e la vostra prudenza conducessero, una grande vittoria sarebbe la corona dell'opera vostra e dei vostri sforzi per la tutela e la santità del matrimonio, e quindi per il bene stesso del vostro Paese!

Educate quindi la gioventù femminile cattolica in quella elevata e santa dignità, in cui sta una così franca e valida difesa della integrità fisica e spirituale. Questa virtuosa e indomita alterezza e fierezza è un gran pregio dello spirito, che non si lascia ridurre in servitù; che rafforza il vigore morale della donna, la quale, intatta, non si dona se non al suo sposo per la fondazione di una famiglia o a Dio; che proclama suo vanto e gloria la vocazione soprannaturale ed eterna, come già S. Paolo scriveva ai primitivi cristiani: *Empti estis pretio magno. Glorificate et portate Deum in corpore vestro*: « Siete stati comprati a caro prezzo. Glorificate dunque Dio e portatelo nel vostro corpo ». [7]

Dignità e libertà della donna, che non si fa schiava neanche della moda! Argomento delicato, ma impellente è questo, nel quale la vostra azione incessante permette di attendere benefici successi. Il vostro zelo però contro gli abbigliamenti e gli atteggiamenti immodesti, non riprovi solo, ma edifichi, mostrando praticamente al mondo femminile come una giovane possa ben armonizzare nei suoi vestiti e nel suo portamento le leggi superiori della virtù con le norme dell'igiene e dell'eleganza. È da sperare che una parte non piccola delle donne italiane, quelle cioè (e sono pur tante) che si sono mantenute sane nel pensiero e nel cuore, non tarderanno nè dubiteranno di seguire il vostro esempio.

c) *alla padronanza di sè*

3. Dalla fede viva e dalla purezza morale deve germogliare e grandeggiare quella padronanza di sè, che bambini, ragazzi e fanciulle, spesso intere classi o Istituti, in varie occasioni Ci hanno dimostrato alteramente e a gara, offrendoCi come ricco tesoro spirituale le loro piccole rinunzie e le loro mortificazioni: rinunzie e mortificazioni, che, spesso narrate con parole di filiale devozione ed affetto, Ci hanno nel

[7] *1 Cor.* 6, 20.

fondo dell'anima commossi. Quei fanciulli dalla sapiente istruzione cristiana avevano appreso come si combatte e si vince se stessi nelle brame e nei desideri, nelle inclinazioni e negli adescamenti, conquistando la palma che li conferma nel progresso del bene e della virtù per crescere, con l'aiuto della grazia, che a loro non verrà mai meno, e formarsi quel carattere di persona franca e tenace di propositi e di azione, che li mantenga fedeli a Dio, devoti alla Chiesa, utili alla patria e alla famiglia. No, senza sacrificio non si procede a grandi cose. I vili e i pusillanimi non conquistano il cielo. *Non enim,* esclama S. Ambrogio, *dormientibus divina beneficia, sed observantibus deferentur.* [8]

Uno sguardo al passato e all'avvenire

Da questo programma di educazione, dilette figlie, rivolgete infine uno sguardo al passato e all'avvenire. Nel vostro passato che vedete voi? Ecco che un torrente di forza sgorgante per venticinque anni da ottime intenzioni, schietta volontà, generose rinunzie, ricca operosità, magnifici successi, si versa sopra di voi. E da questo torrente, coi vostri ricordi, con la venerazione a quelle che vi hanno preceduto e a ciò che esse hanno fatto, con la fedeltà ai vostri propositi e ideali, attingete vigore e fecondate la vostra molteplice e benefica operosità femminile.

Tale operosità si rivolge e vi sospinge al futuro. Guardate impavide questo avvenire, per quanto oscuro e nascosto possa apparirvi. Ma in quel buio una cosa splende con piena chiarezza: la missione che avete da compiere. Ognuna di voi si avanzi col suo esempio, e giovando fiancheggi e sproni le altre. Non tutte potete tutto, nè ad ognuna è dato di operare nella stessa misura e con lo stesso frutto; ma ciascuna di voi ha quell'arte gentile e potente che vale a conquistare le anime alla buona causa, la causa di Gesù Cristo.

Esortazione finale

Proseguite dunque alacri il vostro cammino nel nome del Signore! Cristo Re e la Vergine Immacolata sono con voi. Confidate! Cristo ha vinto il mondo. Degnisi Egli infondere nei vostri cuori con sovrabbondante pienezza il conforto, il coraggio, l'ardimento, la speranza imperturbata della vittoria, che sono doni rifulgenti e vivificanti della sua trionfale Risurrezione, tanto più tranquillante quanto più la tristezza dei tempi turba e commuove l'umanità in contesa. Con tale fiducia, quale pegno della copia dei celesti favori, vi impartiamo con paterno affetto la Nostra Apostolica Benedizione.

[8] S. Ambros. *Exposit. in Lucam,* l. 4, n. 49. — Migne *PL.,* t. 15, col. 1711.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DE PROHIBITIONE LIBRORUM

Cum in pravis libris denuntiandis morae et omissiones sint saepe conquerendae plurimique christifideles in exitiali ignorantia circa denuntiationem et prohibitionem perniciosorum librorum versentur, Suprema S. Congregatio Sancti Officii opportunum ducit praecipua sacrorum canonum de hac re praescripta in memoriam revocare; per prava enim vel noxia scripta puritas fidei, integritas morum ipsaque salus animarum maximis periculis exponuntur, ut compertum est.

Profecto innumera scripta fidei ac moribus adversantia, quae praesertim nostris temporibus ubique terrarum et variis linguis quotidie fere eduntur, Sedes Apostolica ipsa sollicite ac tempestive prohibere nequit. Opus proinde est, ut locorum Ordinarii, quorum est sanam et orthodoxam doctrinam conservare ac bonos mores tueri (c. 343, 1), per se aut per sacerdotes idoneos vigilent in libros, qui in proprio territorio eduntur aut venales prostant (c. 1397, 4), et quos damnandos iudicaverint, eos suis subditis prohibeant (c. 1395, 1). Ius et officium prohibendi ex iusta causa libros pro suis subditis competit etiam Abbati monasterii sui iuris et supremo religionis clericalis exemptae Moderatori cum suo Capitulo vel Consilio immo, in casu urgenti, aliis Superioribus maioribus cum proprio Consilio, ea tamen lege ut rem quantocius deferant ad supremum Moderatorem (c. 1395, 3). Attamen libros, qui subtilius examen exigant vel de quibus ad salutarem effectum consequendum supremae auctoritatis sententia requiri videatur, ad Apostolicae Sedis iudicium Ordinarii deferant (c. 1397, 5).

Omnium quidem fidelium, praesertim clericorum, est libros perniciosos competenti auctoritati denuntiare; sed peculiari titulo id pertinet ad clericos in dignitate ecclesiastica constitutos, ut sunt Legati Sanctae Sedis locorumque Ordinarii, atque ad eos qui doctrina ceteris praecellunt, ut Universitatum catholicarum Rectores Doctoresque.

Denuntiatio autem facienda est vel huic Congregationi S. Officii, vel Ordinario loci, declaratis quidem causis, quibus liber prohibendus exi-

stimetur. Iis vero, ad quos denuntiatio defertur, sanctum esto nomina denuntiantium secreta servare (c. 1397, 1, 2, 3).

Denique Ordinarii locorum aliique curam animarum habentes fideles opportune moneant: *a*) prohibitionem librorum id efficere, ut liber sine debita licentia nec edi vel iterum edi (nisi factis correctionibus et legitima approbatione obtenta), nec legi, nec retineri, nec vendi, nec in aliam linguam verti, nec ullo modo cum aliis communicari possit (c. 1398, 1, 2); *b*) libros ab Apostolica Sede damnatos ubique locorum et in quodcumque vertantur idioma prohibitos censeri (c. 1396); *c*) lege positiva ecclesiastica esse vetitos non tantum libros speciali decreto ab Apostolica Sede singillatim damnatos et in *Indicem librorum prohibitorum* relatos, vel a Conciliis particularibus sive ab Ordinariis pro suis subditis proscriptos, sed etiam libros prohibitos *ipso iure communi*, idest ex regulis c. 1399 contentis, quibus fere omnes libri pravi et de se noxii modo generali prohibentur; *d*) ex lege naturali vetari cuiuslibet libri lectio, quae proximum periculum spirituale praebeat, cum ius naturae prohibeat, ne quis se constituat in periculo amittendi veram fidem aut bonos mores; itaque licentiam utendi libris prohibitis a quovis obtentam nullo modo eximere ab hac prohibitione legis naturalis (c. 1405, 1).

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 17 Aprilis 1943.

I. Pepe, *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

die 2 Ianuarii 1943. — Titulari episcopali Ecclesiae Anaeae praefecit R. D. Gullielmum McCarty, e Congregatione Sanctissimi Redemptoris.

die 30 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Clogheriensi R. D. Eugenium O'Callaghan, Antistitem Urbanum, Vicarium Generalem atque parochum loci *Drogheda,* in dioecesi Armachana.

— Cathedrali Ecclesiae Vaterfordiensi et Lismoriensi R. D. Danie-

lem Cohalan, parochum ad Immaculatae Conceptionis B. M. V. in civitate Corcagiensi.

die 10 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Zenopolitanae in Isauria R. D. Antonium Scharnagl, Antistitem Urbanum, Praepositum Capituli Metropolitani Monacensis et Frisingensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Michaëlis S. R. E. Cardinalis Faulhaber, Archiepiscopi Monacensis et Frisingensis.

die 17 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Arycandensi R. D. Iosephum Nathan, Vicarium Generalem archidioecesis Olomucensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vitensi R. D. Iosephum Burke, Antistitem Urbanum, Parochum ad S. Marci, in dioecesi Buffalensi, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Ioannis Duffy, Episcopi eiusdem dioecesis Buffalensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Diocleanae Rmum D. Carolum Stoppa, Antistitem Urbanum atque Rectorem Seminarii Novariensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi Castelli, Episcopi Novariensis.

die 21 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Beirensi, noviter erectae, R. D. Sebastianum Soares de Resende, Canonicum Capituli cathedralis Portugallensis.

die 30 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Fossanensi R. D. Dionysium Borra, canonicum curatum Capituli cathedralis Epodediensis.

die 1 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Salisburgensi Exc. P. D. Andream Rohracher, hactenus Episcopum titularem Isbitanum.

die 7 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Colocensi Exc. P. D. Iosephum Grösz, hactenus Episcopum Sabariensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Agriensi Exc. P. D. Iulium Czapik, hactenus Episcopum Veszprimiensem.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

DECRETUM

Formulam quamdam pro benedictione et impositione quinque Scapularium iuxta ritum byzantinum quidam Episcopi huius ritus ab Apostolica Sede condendam enixe postularunt.

Haec vero S. Congregatio, exquisito voto Consultorum in re litur-

gica peritorum, petitioni praelaudatorum Episcoporum satisfaciendum censuit ac novam formulam confecit, quam SSmus D. N. Pius div. prov. PP. XII, in Audientia diei 27 m. Februarii a. 1943, referente infrascripto Cardinali a Secretis, apostolica sua auctoritate probare dignatus est, mandans ut in posterum haec formula unice adhibeatur in benedictione et impositione quinque Scapularium pro fidelibus ritus byzantini, quibus indulgentiae et privilegia sueta servantur.

Praesenti igitur Decreto Sacra haec Congregatio adnexam lingua latina exaratam formulam publici iuris facit, quam in probatas linguas liturgicas vertendam confestim ipsa curabit ad usum sacerdotum, qui debitam facultatem ab eadem S. Congregatione obtinuerint.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. pro Ecclesia Orientali, die 7 m. Aprilis anno 1943.

E. Card. TISSERANT, *a Secretis.*

L. ✠ S.

† A. Arata, Archiep. tit. Sardian., *Adsessor.*

ORDO BENEDICENDI ET IMPONENDI QUINQUE SCAPULARIA SUB UNICA FORMULA SECUNDUM RITUM BYZANTINUM.

Domine Deus, qui in Sanctissima Trinitate glorificaris et adoraris, exaudi nunc orationem nostram et demitte benedictionem tuam divinam coelestem et benedic et sanctifica scapularia (vel numismata) haec in laudem tuam, in memoriam sanctae venerandaeque Passionis et Mortis Domini Dei et Redemptoris nostri Iesu Christi, ad impetrandum perpetuum succursum Immaculatae Dominae et semper Virginis Mariae, cruci adstantis, quae in monte Carmelo misericordiam suam ostendit, impleque virtute tua et fortitudine, ut sint ad depellendas et corruendas omnes diabolicas insidias, omni autem fideli servo tuo (servae tuae), eadem secum gestanti, effice, ut sint in protectionem animae et corporis, ad depellendos a facie inimicos eorum visibiles et invisibiles, in liberationem ab omni malo et in augmentum tuae gratiae.

Quoniam tu es sanctificatio nostra et tibi gloriam referimus Patri et Filio et Sancto Spiritui nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

E. Card. TISSERANT, *a Secretis.*

L. ✠ S.

† A. Arata, Archiep. tit. Sardian., *Adsessor.*

SACRA CONGREGATIO CONCILII

ROMANA

RESERVATIONUM APOSTOLICARUM

Die 12 Decembris 1942

Dataria Apostolica ea quae sequuntur huic Sacrae Congregationi Concilii exposuit: « In nonnullis Curiis dioecesanis plerumque fit ut, cum ad beneficium a Sede Apostolica conferendum aliquis proponatur, qui aliud beneficium iam possidet, primum is invitetur ad beneficium possessum resignandum, ac deinde beneficio antea possesso nunc expers Sanctae Sedi proponatur, persuasum habentes eaedem Curiae effugere hoc modo reservationem apostolicam de qua in canone 1435 § 1 n. 4: *Si Romanus Pontifex beneficiarium promoverit vel transtulerit* etc., instantes in literali eiusdem canonis significatione ».

His tamen in adiunctis censet Dataria Apostolica haberi manuum appositionem Romani Pontificis, ideoque beneficii reservationem, quia renunciatio beneficii fit in fraudem reservationis apostolicae, atque uti nullius momenti sit habenda. (Cfr. Riganti, *Commentaria in Regulas Cancellariae Apostolicae,* nn. 1-5).

Quapropter ratus Emus Cardinalis Datarius agi in casu de quaestione, cuius solutio uti norma a Curiis dioecesanis esset servanda, rem Summo Pontifici retulit, qui huic Sacrae Congregationi mandare dignatus est ut rem accurate perpenderet, eiusque decisio, uti norma servanda, Curiis dioecesanis comunicaretur.

ANIMADVERSIONES. – Nullum est dubium quin in veteri iure prohiberentur, imo ut nullae haberentur renunciationes beneficiorum in fraudem reservationis apostolicae peractae, idque ex Constit. *Iam dudum* Pauli V diei 25 februarii 1609. Ita Lotterius (*De re beneficiaria*, lib. II, q. 27, n. 38 ss.): « Cui reservationi, ut nulla fraus fiat ex Constitutione Pauli V..., quae hodie est notata inter Regulas Cancellariae Apostolicae, cautum est ut si, vacante parochiali, aliquis resignaverit quam prius habebat et vacantem mox obtineat, resignatio sit nulla, et nihilominus, tamquam si per assecutionem vacasset, censeatur reservata ». Nec aliter Pitonius (*Disceptationes ecclesiasticae,* disc. 12, n. 58 ss.), Barbosa (*De officio et potestate Episcopi,* pars III, alleg. 57, n. 83) et tandem Riganti

(l. c., in regulam tertiam, n. 2 et seq.), qui ad rem haec scribit: « Cum Summus Pontifex... sibi reservaret omnia beneficia vacatura per pacificam assecutionem quorumcumque beneficiorum incompatibilium a Sede Apostolica vel eius auctoritate providendorum, invaluit malitia quod ii qui de beneficiis incompatibilibus providendi erant, ante illorum assecutionem, resignabant vel dimittebant in fraudem apostolicae reservationis beneficia quae tunc obtinebant; hinc, ut huic malo occurreret, s. m. Paulus V... decrevit quod beneficia sic resignata ac dimissa... sub dicta reservatione comprehendantur... Sufficit quod resignatio beneficii fiat intra tempus vacationis et provisionis alterius incompatibilis, etiamsi bona fide et absque fraude imminentis reservationis expleta contendatur. Regula... nullam fraudis probationem requirit...; colligit enim fraudem ab eventu et vicinitate actuum, videlicet a scientia quam resignans habuit vacationis secundi beneficii incompatibilis, et ab illius assecutione post expletam resignationem alterius quod prius obtinebat ».

Ex quibus haec praecipue colliguntur: fraudem in casu spectari *obiective,* praecisione nempe facta a malitia subiectiva vel a fraudolenta renunciantis intentione; praesumptionem huiusmodi fraudis haberi quando beneficiarius suo beneficio renuntiavit tempore vacationis alius beneficii reservati, et hoc assecutum est; his in adiunctis haberi eo ipso fraudem, quin de malitiosa resignantis voluntate inquirere opus sit.

His adnotatis, quaestio resolvenda in hoc vertitur, utrum iure quo utimur haec praescripta adhuc vigere dicenda sint. Iamvero canon 1435 § 1 n. 4 omnia beneficia reservata declarat, « quibus Romanus Pontifex per se vel per delegatum manus apposuit his qui sequuntur modis: *si ... beneficiarium promoverit vel transtulerit, beneficio privaverit,* etc. ».

Equidem verba huius canonis legenti prima fronte videretur reservationem apostolicam non dari. Nam, posita renunciatione prioris beneficii Ordinario dioecesano legitime facta, ab eoque acceptata, actus videtur iuridice per se completus, atque manuum appositionem Romani Pontificis excludens, cum sacerdos ad beneficium reservatum promovendus vel transferendus, tempore vacationis huius beneficii, beneficio ab eo antea possesso sit expers. At ex his rei adiunctis facile patet resignationem beneficii intuitu alius beneficii reservati assequendi fieri in fraudem legis, quatenus per beneficii resignationem ponitur obex, cuius vi impeditur quominus Romanus Pontifex ius suum exerceat, et fraus et dolus, ex trito iuris praescripto, nemini prodesse debet.

Praeterea memoratus canon 1435 § 1 n. 4, quia reservationes in veteri iure statutas quoad substantiam et refert et confirmat, « ex veteris

iuris auctoritate est aestimandus » ad normam canonis 6 n. 2 et 3; quod si dubium sit num « cum veteri iure discrepet, a veteri iure non est recedendum » (n. 4). Eo vel magis si recolatur constans in subiecta materia Datariae Apostolicae praxis, quae iuxta canonem 20 Codicis I. C. in casu uti *norma legis* sumi debet.

Quapropter et in novo iure resignatio beneficii in fraudem reservationis apostolicae prohibita est, atque beneficium ipsum reservatum manet.

Resolutio. - In plenariis autem comitiis diei 12 Decembris 1942 Emi Patres huius Sacrae Congregationis ad propositum dubium: *An, ad mentem canonis 1435 § 1 n. 4, collati cum canonibus 6 nn. 2-4 et 20 C. I. C., sit Apostolicae Sedi reservatum beneficium resignatum intuitu alterius beneficii reservati;* responderunt: *Affirmative.*

Quam resolutionem in Audientia diei 20 Decembris 1942, referente subscripto eiusdem Sacrae Congregationis Secretario, Sanctissimus Dominus Pius Pp. XII benigne approbare et confirmare dignatus est.

I. Bruno, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NIGERIAE OCCIDENTALIS
(ASABA-BENINEN.)

DECRETUM
DE NOMINIS MUTATIONE

Cum Emi ac Revmi Patres, huic S. Consilio Fidei Propagandae praepositi, in plenario coetu die 11 vertentis mensis huius anni habito, novum in Nigeriae Britannicae finibus Apostolicum Vicariatum Ondo-Ilorinensem, qui Societati pro Missionibus ad Afros committeretur, territorii portionibus non modo a Vicariatu Orae Benini sed etiam a Vicariatu Nigeriae Occidentalis distractis erigendum censuissent, nomen Vicariatus Nigeriae Occidentalis, praelaudatae Societati pariter commissi, non amplius locorum condicionibus respondens visum est.

Quapropter ipsi Emi ac Revmi Patres in iisdem plenariis comitiis, attento voto Exc. P. D. Antonii Riberi, Archiepiscopi tit. Darensis atque Delegati Apostolici Africae pro Missionibus, memoratum Nigeriae Occi-

dentalis Vicariatum deinceps Vicariatum Apostolicum *Asaba-Beninensem* appellandum statuerunt, a nominibus nempe praecipuarum urbium Asaba et Benin, quarum illa pristina Ordinarii sedes fuit, hanc autem Vicarius Apostolicus tamquam hodiernam sedem habet; ita tamen ut ipse Vicariatus Apostolicus dein provinciis civilibus de « Warri » et de « Benin » integris constet necnon ea provinciae civilis de « Kabba » portione, quae a dextera Niger fluminis ripa ad occasum vergit.

Quam Eñorum Patrum sententiam, ab infrascripto huius S. Congregationis Secretario in Audientia diei 12 eiusdem mensis et anni Ssñmo D. N. Pio Div. Prov. Papae XII relatam, ipse Summus Pontifex, benigne excipiens, ratam habere et confirmare dignatus est, atque praesens ad id Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 12 Ianuarii mensis, anno Domini 1943.

P. Card. Fumasoni Biondi, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† C. Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

MARIANOPOLITANA seu ALBANEN. IN AMERICA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVAE DEI CATHARINAE TEKAKWITHA, VIRGINIS INDAE.

Super dubio

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Certe quidem mirabilis est Deus in *sanctuariis suis,* at longe mirabilior in sanctis suis, « ipsi enim sancti, ut scite S. Robertus Bellarminus adnotat (*Explan. in Ps.* 67), sunt verissima sanctuaria Dei »; hi enim viventia templa sunt Spiritus Sancti, qui in eis inhabitat, iuxta illud

Apostoli: *Vos estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis et inambulabo inter eos et ero illorum Deus et ipsi erunt mihi populus* (*2 Cor.* VI, 16). « *Inhabitabo in eis,* commentatur S. Thomas, per gratiam, excolens eos; *Inambulabo in eis,* idest promovebo eos de virtute in virtutem ... *Ego ero illorum Deus,* idest providentia mea protegam eos ...: *et ipsi erunt mihi in populum,* idest me colent, et mihi obedient ut mei et non alterius » (*In Ep. II ad Cor.* lect. III).

Mirabilem praeter modum se ostendit Deus in Catharina Tekakwitha, Inda Virgine, eam gratia sua in medio corruptissimae nationis, ethnicorum erroribus refertae, praeveniens; sua providentia quasi valido scuto eam protegens: gratia vero haec in eadem vacua non fuit: eam enim, sibi cooperantem, ad heroicas adipiscendas virtutes mire adduxit.

Hoc profecto ex huius virginis vita luculenter eruitur. In pago Ossernenon nationis Iroquaeae in boreali America, e tribu, Agniers a Gallis, Mohawks ab Anglis nuncupata, anno 1656 a patre pagano, matre autem christiana nata est praeclara Virgo, de qua hoc in decreto agitur. Impositum ei fuit nomen: Tekakwitha. Quatuor post annos, utroque parente atque fratre orbata, ab avunculo, christianae religioni infensissimo, fuit excepta, atque secundum suae tribus mores instituta.

Vix octo annos nata, usitate coaequali puero fuit adiuncta, non quidem matrimoniali ritu, sed ut vitae consuetudinem cum eo iniret, matrimonio postmodum firmandam. Aetate coniugio congrua adventante, Tekakwitha, nondum christiana, tanto virginitatis servandae amore, quasi divino impulsu, fuit incensa, ut nullimode, etsi minis atque vexationibus asperrime afflicta, e suo consilio potuerit amoveri. Sed unde tantae virtutis origo est deducenda?

« Sanguis martyrum, semen Christianorum », ait Tertullianus; quare nil mirum quod post octo missionalium e Societate Iesu martyrium, annis 1632-1649 pro Christo interemptorum, quem Indis illarum regionum praedicaverant (quos inter sancti Isaac Jogues et Ioannes de la Lande in eodem oppido Ossernenon martyrium obierunt) candidum lilium ibidem exortum fuerit, mirifice succreverit atque suavissimo virtutum odore contribules suos primum, Ecclesiam deinde oppleverit.

Inita Indos inter et Gallos colonos pace, tres e Societate Iesu missionales, anno 1667, in oppido Caugnawaga, post bellum pridem extructo, in Tekakwithae avunculi domo per triduum hospitio fuerunt recepti, eorumque servitio puella fuit addicta; a quibus ipsa, uti pronum est opinari, prima christianae fidei rudimenta accepit. Tres post annos in eodem pago, non vero in eadem domo, missionalis statio fuit constituta.

Anno 1674 Pater Iacobus de Lamberville, huic missioni praepositus,

in catechizandum populum totus incubuit. Sequenti anno, mira Divinae Providentiae dispositione, idem missionalis vir nec opinato in Tekakwitham incidit; cuius singulares animi dotes animamque Christi sensu dotatam admiratus, maturius ceteris catechumenis, die sancto Paschae anno 1676 baptismi sacramento eam Ecclesiae corpori adiunxit, imposito Catharinae nomine. Idem fervidam neophytae pietatem perpendens, ut divina consilia secundare satageret, perfectioris vitae normas rationemque ei tradidit; quas Catharina summa fidelitate servare coepit. Hoc vitae genus humani generis hostis invidiam rabiemque commovit, qui multiplicibus insectationibus a virtute sectanda eam deterrere atque abstrahere conatus est. Verum calumniae, iuges domesticae increpationes, irrisiones, mortis minae famesque incassum cesserunt: fortissima enim virgo, ne a fide deflecteret, omnia, Deo confisa, superavit. Prudenter autem secum recogitans nimio fidei morumque periculo, si ibi commoraretur, esse obnoxiam, collatis cum Patre de Lamberville consiliis, clam domo aufugit atque ad missionem S. Francisci Xaverii de Sault, quae ex christifidelibus omnino constabat, se recepit. In qua sub spirituali Patrum Societatis Iesu moderatione tales in virtutum exercitio progressus fecit, ut, praeter morem, post viginti tantum menses a suscepto baptismate, ad primam Corporis Christi susceptionem fuerit admissa.

Tres tantum adhuc annos Catharina vixit, virtutum omnium splendore renidens, quae in ultima vitae periodo splendidius refulserunt.

Vehementibus enim doloribus in toto corpore excruciata, integros saepe dies, in lectulo decumbens, urentibus febribus consumpta, nullo solatio levata, orationi ac caelestium contemplationi impendebat.

Denique die 17 Aprilis, feria IV maioris hebdomadae, anno 1680, sacrosancto Christi corpore Extremaque Unctione roborata, *Iesu, amo te* iterans, post brevem agonem, lectissimam animam exhalavit.

Sanctitatis fama, qua Catharina vivens fruebatur, vehementius post eius obitum mire percrebuit et ad nostra usque tempora virescit, uti patet ex pluribus postulatoriis litteris ab omni fidelium coetu, immo et a nonnullis infidelibus, Pio Papae XI fel rec. oblatis, ut beatorum honores huic Virgini, primae ex borealis Americae sylvicolis, conferrentur. Servatis itaque omnibus de iure servandis, Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XII causae Introductionis Commissionem die 19 Maii a. D. 1939 signavit, suscepto ac recognito Sacrae huius Congregationis Historicae Sectionis voto. Quum autem Causa haec inter historicas adnumeretur, ad Motus Proprii Pii Papae XI normas de causis historicis, apostolico processu omisso, tota res eidem nostrae Sectioni demandata est; quae, omnibus documentis diligenter collectis, iisque ad severam truti-

nam, ea qua pollet sagacitate perpensis, favorabilem informationem amplissima et concinna relatione confecit. Haec omnia porro una cum R. P. Promotoris Generalis Fidei animadversionibus in Antepraeparatorio Sacrae huius Congregationis Coetu coram subscripto Cardinali Causae Ponente seu Relatore die 26 Novembris mensis anno 1940 fuere examini subiecta. Iterum in Praeparatorio die 10 Novembris sequentis anni: demum in Generali coram Sanctissimo D. N. die 9 Iunii elapsi anni, in quo idem Cardinalis Relator dubium posuit discutiendum: *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.* Revmi Cardinales, Officiales Praelati, Patresque Consultores sua edidere suffragia: quibus exceptis, Beatissimus Pater, ut iteratis precibus Deus suam mentem potiori lumine ditare dignaretur, Suam ad hunc usque diem sententiam proferre distulit.

Eapropter subscriptum Cardinalem, R. P. Salvatorem Natucci, Fidei generalem Promotorem, meque Secretarium accivit atque, Sacro pientissime litato, edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Servae Dei* Catharinae Tekakwitha *in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum rite promulgari et in acta sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 3 Ianuarii a D. 1943.

✠ C. Card. Salotti, Episc. Praen., *Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

ROMANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI PII PAPAE X

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Ecclesiae fundamentum constituturus, Dominus ac Redemptor noster quibus virtutibus pollere debeat, qui ad tantum munus eligatur, perspicue in Apostolo Petro ostendit; cum enim ad Caesaream Philippi discipulos interrogaret quid de Ipso sentirent, Petrus animose, Patre revelante, respondit: *Tu es Christus Filius Dei vivi!* Hanc fidem remunerans, Christus protinus subdit: *Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam* (Mt. 16. 15-18). Iterum ad lacum Tiberiadis Dominus compellat Petrum: *Simon Ioannis, amas me?* Petrus quidem suae fragilitatis non immemor, at simul sibi plene conscius amoris, quo prosequebatur Magistrum, respondit: *Tu scis, Domine, quia amo Te.* Hac amoris professione permotus, totius Ecclesiae supremum regimen ei Dominus contulit, dicens: *Pasce agnos, pasce oves meas* (Io. 21).

Animi demissio suique diffidentia, mira fides ac fervens caritas, queis, divina gratia afflante, Petrus nitebat, proximae steterunt causae cur Ecclesiae fundamentum eiusque supremus Pastor constitueretur.

Eaedem porro virtutes Iosephum Sarto Sacerdotem, Episcopum, Patriarcham et Cardinalem ad Summi Pontificatus fastigium evexerunt, atque ad eum christianae perfectionis gradum adduxerunt, quem Pii X late didita fama commonstrare videtur.

Anno 1835, die 2 Iunii mensis, in oppido Riese, in Tarvisina dioecesi, primus ex decem filiis, quos Ioannes Baptista Sarto et Margarita Sanson genuerunt, lucem aspexit Iosephus Melchior, atque insequenti die per baptismi aquas regeneratus est. Genitores non censu, sed honestate atque pietate praestantes sortitus est, qui omni diligentia curaverunt ut filiolus pius ac frugi succresceret, atque efficaciter sane, uti exitus comprobavit.

Egregia atque festiva indoles, quae eidem amorem et aequalium benevolentiam conciliabat, mentis acies atque sacrorum studium in puero statim eluxerunt.

Anno 1845 sacro Chrismate fuit confirmatus, biennio vero post ad Sacram Eucharistiam sumendam fuit primitus admissus.

Quum magnos in litterarum studio ac pietate progressus fecisset, inter celebris Seminarii Patavini alumnos, Venetiarum Patriarcha opem ferente, anno 1850 meruit cooptari.

Septembri mense a. 1858 sacerdotio initiatus est. In oppido « Tombolo » parochi adiutoris, in oppido « Salzano » Archipresbyteri munere in exemplum est functus. Anno 1875 Tarvisium ab Episcopo revocatus Seminarii alumnis spiritus moderator datus est atque Cancellarii officium ei concreditum, quod ita gessit, ut, Episcopali sede vacante, Capitularis Vicarius fuerit electus; dioecesimque cum laude administraverit.

Anno 1884 Episcopus Mantuanus a Leone XIII fel rec. electus, ad S. Apollinaris in Urbe fuit consecratus. Impigre tantum onus obivit, quod usque ad annum 1893 sustinuit. Eius merita idem Pontifex perpendens, eum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem creavit, et ad Patriarchalem Venetiarum ecclesiam transtulit, cuius regimen sequenti anno assumpsit atque novem annos tenuit, insignia boni pastoris exempla prodens.

Bonorum omnium gaudio die 4 Augusti anno 1903 Summus Pontifex eligitur.

In sublimi S. Petri cathedra evectus, nil habuit antiquius, quam pergrande propositum : « *Instaurare omnia in Christo* » sancte tenere. Quare nulli labori, nulli pepercit industriae, ut oves sibi commissas a lupis tutaretur, sacraque doctrina pasceret; Ecclesiae libertatem vindicaret; divini cultus decori provideret; cleri sanctitati verbo et opere consuleret; canonicas leges in unum codicem colligendas curaret; atque innumera alia constitueret, quae eius pontificatum gloriosum reddiderunt.

Die 20 Augusti anno 1914 morientium sacramentis roboratus pientissime obdormivit in Domino, universo complorante orbe.

Sanctitatis fama, qua Servus Dei, dum vivebat, honestabatur, vehementius post mortem erupit, sive quia magna in Pontificatu facinora fuerat operatus, sive potissimum quia virtutum splendore nituerat, qui non modo fidelium verum etiam plurimorum a religione alienorum oculos perculerat. Insignis enim Dei Famulus exstitit humilitate, caritate in proximum, rerum temporalium despectu atque paupertatis amore. Vere christiana pietate sibi sanguinis vinculo coniunctos adamavit, quos tamen noluit ex humili, in qua erant nati, condicione extollere. Deum prae oculis habens, quae Ei placita esse iudicaret, agebat. Iure itaque sanctitatis fama universe hac in Causa emanavit.

Neque, uti ferunt, vera miracula a Deo, eius interventione patrata

desiderantur, neque aliae rationes, quae eamdem famam comprobant atque confirmant.

Merito itaque auctoritate Ordinaria canonicae inquisitiones in Urbe et, per rogatoriales litteras, Venetiis, Mantuae atque Tarvisii, cum super eadem fama, tum super scriptis atque liturgico cultu eidem non praestito sunt peractae.

Interim innumerae Summis Pontificibus litterae, Beatificationis et Canonizationis Causae Introductionem expetentes, ab omni Ecclesiastico et civili ordine oblatae sunt.

Scriptis perpensis, die 20 Novembris a. 1940, S. C. *Nil obstare* decrevit, *quominus ad ulteriora procedi possit.*

Servatis itaque de iure servandis, instante Revmo D. Alberto Parenti C. V. U. O. S. B., Postulatore rite constituto, in Ordinariis S. R. C. Coetibus, diebus 19 Ianuarii et 4 Februarii, anni huius, habitis, infrascriptus Cardinalis, S. R. C. Praefectus et Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit discutiendum: *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur,* atque de Causa retulit.

Emi ac Revmi PP. Cardinales, relatione hac suffragiisque Officialium Praelatorum, nec non R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali auditis, suam aperuere mentem, quam subscriptus Cardinalis Beatissimo Patri die 12 Februarii renuntiavit. Sanctitas Sua, horum suffragiis ponderatis, eadem die *Commissionem Introductionis Causae Servi Dei Pii Papae X sua manu signare dignata est.*

Datum Romae, die 12 Februarii a. D. 1943.

✠ C. Card. Salotti, Ep. Praen., *Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

PROROGATUR INDULTUM ALTARIS PRIVILEGIATI SACERDOTIBUS, EUCHARISTICUM SACRIFICIUM CELEBRANTIBUS, CONCESSUM. *

DECRETUM

Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XII, cum pluribus ex locis instantes postulationes accepisset eo consilio admotas ut Indultum Altaris privilegiati, Sacerdotibus per Apostolicas Litteras « Summo solacio » die XII Maii MCMXLII Motu Proprio datas concessum, prorogare vellet, easdem postulationes benignissime excepit; quapropter ut pietatis significationes, per elapsum annum ab inito Episcopatu XXV undique a Christifidelibus sibi tributas, paterno animo rependeret, utque spirituales favores animabus in piaculari igne detentis ex Ecclesiae thesauro uberius haurirentur, in Audientia infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiori die IV vertensis mensis data, benigne elargiri dignatus est ut memoratum Indultum ad integrum diem XXIX Iunii huius anni, Festum Ss. Apostolorum Petri et Pauli, iisdem condicionibus produceretur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Sacra Paenitentiaria Apostolica, die VIII Maii MCMXLIII.

N. Card. CANALI, *Paenitentiarius Maior.*

L. ✠ S.

S. Luzio, *Regens.*

* V. *Acta Apost. Sedis*, 1942, p. 153.

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

ALEPPEN. MARONITARUM

NULLITATIS MATRIMONII (ABOUSSOUAN-BATARSÉ)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñi Mansour Batarsé, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis Sacrae Romanae Rotae (Roma, Piazza e Palazzo della Cancelleria) die 5 Augusti 1943 hora 11 ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Dñi Mansour Batarsé, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

Albertus Canestri, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 3 Maii 1943.

Ioannes M. Pinna, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Mansour Batarsé, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 5 août 1943, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessus rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Mansour Batarsé devront, dans la mesure du possibile, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre, aderendo al desiderio delle Loro Altezze Reali i Principi di Piemonte, lunedì 10 maggio 1943, ha amministrato il Sacramento della Confermazione a S. A. R. la Principessa Maria Pia di Savoia, primogenita degli Augusti Principi. Ha quindi celebrata la santa Messa, durante la quale la Principessa ha ricevuto per la prima volta la santa Comunione dalle mani venerate del Sommo Pontefice.

Al sacro Rito hanno assistito gli Augusti Genitori e la Madrina, Sua Altezza Reale la Duchessa di Aosta Vedova.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

4 maggio 1943. Il Revmo Monsig. Luigi Solari, *Segretario dell'Elemosineria Apostolica.*

8 » » S. E. Revma Monsig. Mario Giardini, Arcivescovo tit. di Laodicea di Siria, S. E. Revma Monsig. Alfonso Carinci, Segretario della S. Congregazione dei Riti, gl'Illmi e Revmi Monsignori Paolo Savino e Alberto Serafini, i Revmi Padri Ferdinando Antonelli, dell'Ordine dei Frati Minori, Raimondo Bidagor e Pietro Pirri, ambedue della Compagnia di Gesù, i Revmi Sacerdoti Luigi Paladini e Francesco Bossarelli, ambedue della Congregazione della Missione e il Revmo Padre Servo Goyeneche, dei Missionari Figli del Cuore Immacolato di Maria, *Consultori della Sacra Congregazione Ceremoniale.*

12 » » Gli Eminentissimi e Reverendissimi Signori Cardinali Alessandro Verde, Pietro Fumasoni Biondi e Vincenzo La Puma, *Membri della Sacra Congregazione della disciplina dei Sacramenti.*

IL SANTO PADRE PIO XII

Biografia di SUA SANTITÀ scritta dal P. GILLA GREMIGNI, m. S. C.
Pagine 512, in-12°, in carta distinta L. **25**

La stessa edizione in carta comune, riservata alle Associazioni di Azione Cattolica L. **20**

	Roma L.	Italia L.	Estero L.
MASSIMI Card. MASSIMO **LA NOSTRA FEDE.** **Le basi e la sintesi del domma cattolico.** In-12°, pp 321 (Quinta edizione) .	12 —	13 —	14,50
MASSIMI Card. MASSIMO **LA NOSTRA LEGGE.** **Le basi e la sintesi della morale cattolica.** In-12°, pag. 20	12 —	13 —	14,50
BLASI Avv. LORENZO **CREDO PER COMPRENDERE** **(Credo ut intelligam).** Volumetto in-12°, 1943	6 —	6,50	7 —
IMBRIGHI GASTONE. **S. PIETRO APOSTOLO A PORTOVENERE.** con prefazione del prof. avv. ETTORE A. MORI. In-8°, pag. 125 e 9 illustrazioni fuori testo	15 —	16,50	18 —
MISSALE ROMANUM. Quinta editio post typicam. In-8° grande. In caratteri neri e rubriche in corsivo (cm. 17×26):			
— In fogli sciolti	60 —	63 —	70 —
— (A) Legato in mezza pelle e tela, fogli rossi, segnacoli	130 —	133 —	140 —
— (B) Idem, id., fogli oro	160 —	163 —	170 —
MISSALE ROMANUM. Quarta editio post typicam. Caratteri rossi e neri (cm. 22×31);			
— In fogli sciolti	85 —	90 —	110 —
— (A) Legato in mezza pelle e tela, fogli rossi	215 —	220 —	—
— (B) Legato in mezza pelle e tela, fogli oro	260 —	265 —	—
BREVIARIUM ROMANUM **(totum).** Quarta editio post typicam (mm. 176×111). In-12°			
— In fogli sciolti	75 —	77 —	82 —
— (A) Legato in pelle, cucitura fortissima, fogli rossi	160 —	163 —	169 —
— (B) Legato in pelle, cucitura fortissima, fogli oro	175 —	178 —	182 —
RITUALE ROMANUM. *Editio I post typicam* (mm. 156 × 93).			
— In fogli sciolti	30 —	32 —	34 —
— (A) Legato in tela nera, taglio rosso	50 —	52 —	54 —
— (B) Legato in tela nera, taglio dorato	60 —	62 —	64 —
RITUALE PARVUM **cum variis benedictionum formulis.** Caratteri neri (mm. 120×71). In fogli sciolti	5 —	5,50	6 —
— (A) Legato in tela, taglio rosso	10 —	10,50	11,50
HORAE DIURNAE **breviarii romani.** Editio secunda post typicam (mm. 135×85):			
— In fogli sciolti	20 —	22 —	23 —
— (A) Legato in tela, fogli rossi	32 —	34 —	35 —
— (B) Legato in tela, fogli dorati	38 —	40 —	41 —
— (C) Legato in pelle, fogli rossi	65 —	67 —	68 —
— (D) Legato in pelle, fogli oro	75 —	77 —	78 —

Veneunt Romae apud Admin. Commentarii Officialis **"Acta Apostolicae Sedis"**
(Libreria Vaticana - Città del Vaticano — °/₀ postale N. 1-16722)

CODIFICAZIONE CANONICA ORIENTALE – FONTI

SERIE I

			Roma L.	Italia L.	Estero L.
Fasc.	I.	**Testi vari di diritto nuovo** (1550-1902) – Parte prima	25 —	28 —	36 —
»	II.	**Testi vari di diritto nuovo** (1550-1902) – Parte seconda	25 —	28 —	36 —
»	III.	**Disciplina antiochena** (Siri): I. **Nomocanone di Bar-Hebreo**	10 —	13 —	15 —
»	IV.	**Disciplina caldea:** I. **Droit ancien: Synodes** (Synodicon orientale); Collectio canonum synodicorum d'Ebedjésus de Nisibe	15 —	18 —	22 —
»	V.	**Disciplina alessandrina** (Etiopi): Testi di diritto antichi e moderni riguardanti gli Etiopi	25 —	28 —	33 —
»	VI.	**Disciplina alessandrina:** Testi di diritto antichi riguardanti gli Etiopi	25 —	28 —	33 —
»	VII.	**Disciplina armena:** Testi vari di diritto canonico armeno (Secoli IV-XVII)	25 —	28 —	36 —
»	VIII.	**Studi storici sulle fonti del Diritto canonico orientale**	50 —	55 —	60 —
»	IX.	**Disciplina generale antica** (sec. II-IX)	25 —	28 —	36 —
»	X.	**Disciplina bizantina** (Rumeni): Testi di diritto particolare dei Rumeni	45 —	50 —	55 —
»	XI.	**Disciplina bizantina** (Ruteni): Testi di diritto particolare dei Ruteni	55 —	60 —	65 —
»	XII.	**Disciplina antiochena** (Maroniti): Testi di diritto particolare dei Maroniti	65 —	70 —	75 —
»	XIII.	**Disciplina antiochena** (Maroniti): I. Ius particulare Maronitarum: A) Textus iuris non approbati. *Paratur*	—	—	—
»	XIV.	**Disciplina antiochena** (Maroniti): II. Ius particulare religiosorum. *Paratur*	—	—	—
»	XV.	**Disciplina byzantina** (Melkites): Droit particulier des Melkites. – Première partie: Textes du droit approuvé	25 —	28 —	36 —
»	XVI.	**Disciplina byzantina** (Melkites): Droit particulier des Melkites. – Deuxième partie: Textes du droit non approuvé. *Sub prelo*	—	—	—

CODIFICAZIONE CANONICA ORIENTALE - FONTI

SERIE II

Fasc.	I.	**Textes législatifs touchant le cénobitisme égyptien**	10 —	11 —	12 —
»	III.	**Patriarchatus constantinopolitani acta selecta.** I.	60 —	62 —	65 —
»	V.	**Textus selecti ex operibus commentatorum byzantinorum iuris ecclesiastici**	30 —	31,50	33 —
»	VI.	**De fontibus iuris ecclesiastici russorum** commentarius historico-canonicus	10 —	11 —	12 —
»	VIII.	**De fontibus iuris ecclesiastici syro-malankarensium** commentarius historico-canonicus	10 —	11 —	12 —
»	IX.	**Fontes iuris canonici syro-malankarensium**	60 —	62 —	66 —
»	X.	**De monachico statu iuxta disciplinam byzantinam** statuta selectis fontibus et commentariis instructa. Indices	225 —	225 —	235 —
»	XII.	**Disciplina armena.** Monachismo. Studio storico-canonico e fonti canoniche	40 —	41,50	46 —
»	XV.	**Caldei. Diritto antico.** II. **"Ordo iudiciorum ecclesiasticorum"** collectus, dispositus, ordinatus et compositus a Mar 'Abdiso' Metropolita Nisibis et Armeniae	60 —	61,50	65 —
»	XVI.	**Caldei. Diritto antico.** III. **« Liber Patrum »**	10 —	10,50	11 —
»	XVII.	**Caldei. Diritto nuovo.** Les actes du Synode Chaldéen célébré au Couvent de Rabban Hormizd près d'Alqoche du 7 au 21 juin 1853. Publiés et annotés par J. M. Vosté O. P.	40 —	43 —	46 —
»	XXI.	**Disciplina armena. Canones apostolici.** Testo armeno con versione italiana e apparato critico	40 —	41,50	44 —
»	XXVII.	**Disciplina antiochena** (Siri): Textes concernant les Sacrements	75 —	77 —	81 —
»	XXX.	**Les textes juridiques dans les Pandectes de Nicon de la Montagne Noire**	40 —	41,50	43 —

Veneunt Romae apud Admin. Commentarii Officialis **" Acta Apostolicae Sedis "**
(*Libreria Vaticana - Città del Vaticano — c/c postale N. 1-16722*)